



## Bibliographische Daten

Titel: Meditationes  
Ersteller: de Turrecremata Johannes  
Signatur: Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

24  
39  
**F**elicis uitis de cuius furculo tantum germem reducat  
seculo. celi uinum propinans populo. uitali poculo.  
ex ubertate palmatum. mundi iam cinxit ambitum.

Bone uitis. gloriosus patriarcha dominicus dicitur. tum  
quia a celesti agricola. in ecclesie uinea. mira providentia in sa-  
lutem hominum plantatus. totius sanctitatis exemplar illus-  
tre factus mire sanctitatis redolentissimos flores spirauit  
et fructus suauissimos copiosa largitate profudit. tum  
quia preclarissimum predicatorum ordinem fundauit. qui ad-  
mirabili sancte predicationis odore. serpentes de uinea do-  
mini. scilicet hereticos sepiissime effugauit. et inrefragabili splen-  
dore doctrine errores uarios atque hereses uiriliter propul-  
sauit et confutauit. Hinc ecclesia in eius solempnitate can-  
tat ymnus. Noue letitie dulci productum cantico. nunc de-  
promat hodie chorus sancto domino. Vergente mundi  
uespe. nouum sidus exoritur et clausis culpe carcere. preco-  
salutis mittitur doctrinam euangelicam spargens per orbem  
cardinem. Hic fugat hereticam. nouum producens ordinem.  
Hic est fons ille modicus. crescens in flumen maximum. qui  
mundo iam mirificus. potum largitur optimum. Quorum in-  
effabilem et totius sanctitatis speculum singulare. de cuius ui-  
tis ubertate. tot uiri sanctitate insignes. dignitate pre-  
clari. religione celebres. quorum aliqui iam sanctorum catho-  
logo ascripti sunt. alij in omni genere doctrinarum. doctissi-  
mi proclerunt. per quos diuina providentia ecclesiam suam  
sanctam aqua sapientie rigat. expositionibus scripturarum illus-  
trat. et doctrinarum uarietate reficit et fecundat. Hunc ergo  
sanctissimum patrem. confessorem eximium. predicatorum ducem et  
caput egregium. uita et doctrina et miraculis gloriosum deo  
acceptissimum aduocatum habere studeamus cantantes cum  
ecclesia et dicentes. O lumem ecclesie doctor ueritatis rosa  
patientie. ebur castitatis. aquam sapientie propinasti gra-  
tis. predicator gratie. unge nos beatis.